



1768.

1. Haff

2. Schott

de fo

1769.

1. Canz

lith

2. Canz

crea

3. Haff

sifa

4. Haff

Talrin

5. Haff

appe

bc

6. Haff

Bir

7. Haff



Bra. 17. num. 20.

optima  
confilia

DE  
*DECENDIO*  
*APPELLATIONIS*  
*SPECIATIM*  
*WVRTEMBERGICO*

PRÆSENTE

RECTOR EBERHARDINO CAROLINÆ  
MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO ATQVE POTENTISSIMO

D V C E

C A R O L O

D V C E WVRTEMBERGIÆ ET TECCIÆ  
REGNANTE

AUCTORITATE ORDINIS IVRECONSULTORVM

PRAESIDE

GODOFR. DANIEL HOFFMANN

ICTO

UNIVERSITATIS H. T. PRO-RECTORE  
PATRONO ATQVE PRÆCEPTORÈ SVO COLENDISSIMO  
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
RITE CONSEQUENDIS


DIE V. NOVEMBRIS MDCCCLXX

DISPV TABIT

CAROLVS AVGVSTVS GOLTHER

TUBINGAE TYPIS FUESIANIS







DISSERTATIO IN AVGVRALIS  
DE  
DECENDIO  
INTERPONENDAE  
APPELLATIONIS  
MAXIME  
WIRTEMBERGICO

---

S. I.

TEMPVS, intra quod a lata sententia necessario appellandum est, quo præterlapso omnis appellationem deinceps adhuc *interponendi* facultas perit, sententia regulariter in rem

A judi-



judicatam b) transit & jurisdictione ipso jure ad priorem eundemque inferiorem judicem revertitur, legale c), somnne d), fatale e) & peremptorium, est DECENDIVM f), sive facultas appellandi non vivit g) diutius, quam DECEM dies, post quas illa protinus & penitus exsinguitur.

a) Conf. IO. VOLCKM. BECHMANNI Disp. de appellationibus secundum jus novissimum rite interponendis & iustificandis, Jenæ, 1668.  
IO. LODOCI BECKII Disp. de fatalibus interponendas appellationis Alt. 1710. & IO. PHIL. IOS. a PRATO Disp. de fatalibus appellationis ad Cameram Imperialem, Giesse, 1735.

b) Romanis quidem sententia, simul ac illa lata, siveque judicatum erat, res judicata dicebatur. L. 23. §. 1. ff. de condicione indebiti, L. 14. Cod. de appellat. & consultat. Sed pontificis ejusque decreta, auctoritate factum est, quod sententia post decem dies determinum in rem judicatam transire, vulgo hodie dicatur; id quod Romæ nunquam auditum fuit, introductis licet ibi quoque provocationibus & appellationibus. Adeo, ut adcurate loquentibus prioris judicis pronunciatio in rem judicatam mox quidem transisse, L. 16. §. 6. de pignoribus, appellationem vero iudicatum surrus extinxisse, L. 1. §. ult. ad Sct. Turpili illa vero circumscripta causam ad condemnationem sive in rem judicatam redisse dicatur. IAC. CVIACIVS ad Novellam XCIII. in Temo Operum IV. pag. 423.

c) Novella XXIII. Cap. I. ubi: „intra DECEM DIERVM spatium“

d) L. 11. Cod. de administratione tutorum vel curatorum, rel.

e) Idque adeo juris, non hominis, nec mixtum. LEOP. NIC. L. B. ab ENDE in Disp. de fatalium rigore iniquo, poenisque contumacia temperandis, Halæ 1737. Cap. I. §. 19: pag. 46.

f) Auth. Hodie Cod. de appellationibus & consultationibus, dictaque Nov. XXIII. Cap. I.

g) L. 3. Cod. de temporibus & reparationibus appellationum, seu consultationum, ubi: ultra statuti temporis vivendi spatia.

§. II.

## S. II.

Magnus omnino, idemque verus, *sacratissimum Imperatorem IUSTINIANVM* inde hodienum manet honos insignis prudentialiae legislatoriæ, quod is perquam commodum hoc & modicum a) licet *fatale*, nec tamen vel nimis laxum, vel nimis angustum b), primus constituerit c), atque contra anteriorum legum acerbitudinem, anno post C. N. DXXXVI. sanxerit & quod illud etiamnum hodie, miro d) fane & unanimi fere concantu, Ca-nonici e) æque ac Germanici f), & imperialis g), civilis & feudalibus h) juris, ipsiusque praxeos, idque *stricte i)* quoad omnia k) generatim remedia suspensiva l) semper u/u servetur & custodiatur.

a) Vti vocatur, quod sub modico tempore sèpius intelligitur, decen-dium, a Icto PAVLLO in L. 21. §. 1. de Pecunia constituta.

b) Vti vetus illud *biduum* in causa propria, L. 1. §. 5. II. & sq. L. 2. pr. §. 1. & 3. quando appellandum sit, & intra quæ tempora, L. 20. §. 1. ff. & L. 6. §. 5. Cod. de appellationibus & conful-tationibus; & in causa aliena *triduum*. L. 3. de appellationibus re-cipiens, vel non, dicta L. 1. §. 5. & fin. & L. 2. §. 1. quando appellandum, L. 6. §. 5. Cod. de appellationibus & conful-tationibus. Nov. XXIII. præf.

c) Dicta Novella XXIII. Cap. I.

d) En bigam testium longe gravissimorum! IO. BAPT. S. R. E. Car-dinalis de LVCA in theatro veritatis & justitiae, Tomo III. Tra-Statu I. P. I. de judiciis & judicialibus, hoc est de sententia, rel. Dic. XXXVII. de appellatione, an & quando intret, rel. num. 15. pag. 162. edit. Colon. anni 1691. „Atque regula est, ut interponi debeat infra decem dies, isteque terminus præfinitus a jure civili immutatus non est a jure canonico atque in hac parte totius pene illius orbis, qui cum legibus scriptis communibus vivit, praxis videtur uniformis, decis. 201. par. 13., LEOP. NIC. L. B. ab ENDE in laudata jam commentatione de fatalium rigore iniquo peccisque contumaciæ temperandis, Cap. V. §. 3. pag. 274. Protulit deinde diem, laxioreisque concessit Iustinianus noster, dum decendum introduxit, cui servirent appellantes; si quidem appell-



appellationem recipi vellent. Et nescio sane, an præ omnibus aliis  
huius fatali bene voluerint fata, quorum decreto tum jus Canonis-  
cum immigraverit, tum ab universis Germania foris non tanquam  
humana ratione inventum, sed divina veluti constitutum voluntar-  
te receptum sit., Conf. Conf. Tubing. Vol. VIII. conf. 35. n. 42.

e) Can. 28. anteriorum Causa 2. qu. 6. ubi novella ista tota velut  
**CANONISATA**; Cap. 8. de appellationibus in 6. Cap. 15. X. de sen-  
tentia & re judicata, Cap. 32. in fine X. de electione & elec-  
tione, Cap. 36. X. de testibus.

f) Licet majoribus nostris, ante jus Romanum ab illis receptionum,  
vel non nisi in continenti appellare licuerit; vel nullum certe ta-  
le aliquod fatale constitutum & rei judicatae auctoritas tanta fue-  
rit, ut nec inter nullam & iniquam sententiam accurate distinxerint,  
nec iniquam sententiam impugnare semper permisserint. Conf. illu-  
stris GE. LVD. BOEHMER in Disp. de provocationibus juris Ger-  
manici, Halæ 1738. Cap. I. §. 4 pag. 15. sq. Cap. II. §. 7. pag.  
89. 90. perilluftris L. B. von ENDE all. loco, Cap. V. §. 11. pag.  
292. b. CHRISTIANVS HENRICVS ECKHARDT in Disp. de jure  
utendi remedio leuterationis vel simili remedio suspenso, si  
appellationi renunciatum est, Cap. I. §. 7. 8. pag. 8. sq. b. 10.  
IAC. SORBER in Disp. de natura & indole remedii devolu-  
tivi ad petitionis in Germania, aliisque provinciis, lense 1746. 4.  
& imprimis quoque illius 10. ANDREAS HOFMANN in der teut-  
schen Reichs-Praxi, §. 932. pag. Tomi I. 605. & summe Reveren-  
dus IO. CAL. DREYER tam in tr. de veteris Germanie litium pro-  
lixarum nesciæ indole & vestigiis quibusdam in Holstafia, 11.  
quam in der Einleitung zur Kenntnis der allgemeinen Lubecischen  
Verordnungen &c. 4. 1769. (libro aliis ad exemplum scripto) pag.  
278. nota (6.) Plura vero hanc in rem dabit PRAESIDIS historia  
receptionis hujus decendit in Germania, in aliquod, adhuc tempus  
premenda.

g) Ordinatio Iudicij Rothwilenis, Parte III. Tit. 17. Ordinatio Ca-  
meralis de anno 1555. Parte II. Tit. 29. §. 1. in Parte Collect. Recel-  
fum Imp. novissime III. pag. 105. Conceptum Ordinationis Cameralis  
Parte II. Tit. 32. §. 1. R.I.N. §. 121. 122. LVLM Proc. Cam. Tit. XLVIII.  
num. 18. VFENBACH de Jud. Imp. Aul. Cap. X. & pag. 106. num.  
3. CHRISTIANVS de NETTELBLA Disp. de appellatione ad Judi-  
cium Imperiale aulicum, Gryphisw. 1736. Cap. VI. §. 5. sq. 10.  
VLE, de CRAMER in systemate Procesus Imperii, §. 1128. pag. 321. &

& in Institut. ejus §. 1010. pag. 352. 353. Etiam a judicio & sententia Austrregarum intra decem dies appellandum. 10. GODOFRE. de ZWIERLEIN in Disp. de ordine judicario ab Austrregis obser-vando, Goett. 1765. §. 61. pag. 46.

h) Nec enim aliud statutum, sed idem hoc quoque descendium, jure feudali utroque, Longobardico & Germanico, hodie, quoad ap-pellationem a sententia feudalli interponendam, obtinet. Nec in-terponendae appellatione, sed appellantis modo ad Imperatorem iti-neri, V. Feud. 1. edit. Cujac. colligendisque ejus nunciorumque sarcinulis fatales erant, que II. Feud. 22. §. 1. leguntur, sex te-ptimane. HE. de DOERING in Disp. de appellatione in causis feu-dalibus, Goettingæ, 1762. Cap. II. §. 18. pag. 48. 49. 50. & §. 23. pag. 63.

i) LVDOVICI Proc. Civ. Cap. XXXIII. §. 2. & AVGVSTINVS BAL-THASAR in Dilp. de terminis ac fatalibus judicialibus, Gryphisw. 1746. feb. II. §. 7. pag. 87. Nisi quod strictam hujus fatalis de-cendii observantiam minus necessariam prædictæ in curia Provin-ciali Norimbergensi, GYSTAVVS PHIL. VOGEL in hujus sciagra-phia, Alt. 1753. Cap. IV. §. 46. 47. p. 47. 48.

k) B. 10. GODOFRE. SCHAVMBVRG in principiis praxeos judicariae L. I. Sect. II. Cap. I. §. 8. pag. 362. & Cap. II. §. 1. pag. 380. illus-tris CAROLI FERD. HOMMELII Rhapsodia quæstionum &c. ob-serv. XLVI. num. II.

l) Sic leuteratio quoque huic descendio adstricta est. Vid. e. gr. Or-dinat. Provinc. Ilmenacensis, Tit. XIX. §. 1. Wenn eine oder auch beide Parteien durch ein Bescheid oder Urtheil es sey ein interlocut oder definitiv, sich beschwehret zu seyn vermeynet, so mag binzen zehn Tagen, von der Stund an, da das Urtheil publicirt zu rech-nen, vermüge Sachſischer Rechte Leuterung eingewendet und dadurch die Sentenz von der Kraft rechtern suspendirt werden, & die Go-thaiche Gerichts- und Proceß-Ordnung ERNESTI de anno 1670. rec. Gothæ 4. 1704. P. II. Cap. 7. §. 9. 10. pag. 128. 129. ubi de leu-teratione, appellatione & supplicatione semper „innerhalb 10. Ta-gen“, vel „zum längsten vor Absiezung 10. Tagen.“



### §. III.

Retinuerunt illud similiter, quos omnium primo nominare fas est /erenissimi W VR TEM BER GIÆ Duces & legum latores, olim & hodie absque omni variatione, tam in territoriali a) ipsorum jure, quam in ordinatione b) sua Dicaſteriali.

- a) Parte I. Tit. LVIII. vom Fatal der zehn Tagen, in welchen die Appellation zu interponiren, auch wie ſelbige beſcheiden ſolle, §. 2. wann aber innerhalb zehn Tag., pag. 171. Add. Tit. LXV. §. 2. pag. 184. & Tit. LXX. §. 5. pag. 193. obi: „Item ſo jemand nach zehn Tagen.“
- b) De die 29. Martii 1654. Parte II. Tit. III. §. 1. So jemand &c. pag. 46. 47. „oder auf genommenem Bedacht, innerhalb zehn Tagen an das Hofgericht appelliren.“ Conf. Refer. Gen. de d. 25. Apr. 1760.

### §. III.

Retinuit illud nostro tempore **Codex FRIDERICIANVS**, idemque Boruffico Marchicus, quando non ſolum in ejus projeſto a) ſancitum „Im übrigen iſt der Unter-Richter ſchuldig bey der Publication des Bescheides, oder Urthels, denen Partheyen kund zu machen, daß ſie (wann ſich ſonſt die Sache zu einer zweyten Instanz qualificiret) an das Cammer-Gericht appelliren können, aber fo thane Appellation innerhalb 10. Tagen interponiren — — müssen verum etiam in Ordinatione b) tribunalis supremi cautum legitur,“ Son dern wann jemand wider das in der zweyten Instanz ergangene Urthel die dritte Instanz, das iſt das remedium revisionis, ergreiffen will, muß er ſolches bey dem judge a quo binnen 10. Tagen interponiren.

- a) Sive einer, nach Sr. Königl. Majestät von Preußen ſelbst vorgeſchriftenem Plan entworfenen Cammergerichts-Ordnung, nach welcher alle Proceſſe in einem Jahr durch drey Instanzen zum Ende gebracht werden ſollen und müssen, 8. 1748. Parte III. Tit. IV. §. 16. pag. 167. 168.
- b) Tit.

b) Tit. IX. §. 5. Ibidem, pag. 31. Add. *Die Constitution, wie die Processe in Pommern &c. de anno 1746.* §. VI. pag. 13.

## §. V.

Retinuit a) illud quoque, saltem implicite, *Codex juris BAVARICI judicarii MAXIMILIANEVS de anno 1753. sive Iuris civilis Bavarii Pars secunda b)*, doctissimo æque ac luculento commentario c) ab illustrissimo Bavariae Triboniano, L. B. de KREITTMAYR, illustrata; æque ac jam antea die bayerische Gerichts-Ordnung d) illud sanxerat, licet in Ducatu Bavariae, ante & post Codicem e) illum, appellationem plane non interpolati, sed solum modo, citra interpolationis illius apud judicem inferiorem ambages, contra jus f) commune, statim apud superiorem judicem introduci, hoc est mox intra 60. vel g) 30. dies apud superiorem judicem interponi & introduci simul, sicque utrumque istud fatale 10. & 20. dierum interponenda & introducenda appellationis, prorsus coincidere testis fit IDEM ille COMMENTATOR h), fide longe dignissimus.

a) Conf. omnino SEBASTIANI KRAISSEBI, consiliarii quondam Oettingensis Institut. juris Romano-Bavarici electoralis (8. 1644.) L. IV. tit. 17. num. 13. pag. 332. & Ejusdem Proc. summarius Romanico-Bavaricus, Tit. IX. n. 66. pag. 221. 222.

b) Monachii 8. anno 1755. edita, Cap. XV. §. 6. sq. pag. 140.

c) Monachii 8. anno 1755. sub titulo *Anmerkungen über den Codicem juris Bavarii judicarii von einem unbenannten Autore*, Cap. XV. §. 1. sq. pag. 501. sq. edito.

d) Tit. X. art. 2. vid. n. a)

e) Cap. XV. §. 1. pag. 136.

f) L. 1. §. 10. quando appellandum & Cap. 73. X. de appellationibus; GONZALEZ TELLEZ ad illud num. 4.

g) Conf. omnino L. B. de KREITTMAYR, Compendium codicis Bavarii civilis, judicarii, criminalis & annotationum, Monachii 8. 1768. L. IV.



ed. Cap. Codicis Iudiciorum XV. §. 6. „die appellations Schrift muß nach hiesigen Statuten längst inner 60. Tagen a die publicationis vel notitiae, jedoch mit Auschluß selbigen Tages, bey dem judice ad quem sub pena defensionis überreicht werden. Geschiehet die Uebergabe aus Verfoß bey der höhren Obrigkeit mit Ueberprüfung der mittlern, jedoch noch in tempore, so sind die fatalia dardurch aufwirkt. Diem publicationis vel notitiae hat Appellant in seiner Appellations-Schrift ebenfalls sub pena defensionis zu bemerken. Prolongatio fatalium ist keiner Obrigkeit wohl aber suppositis supponendis restitutio in integrum contra lapsum eorundem erlaubt. In der Appellation gegen auferlegten Beweis ist obiges fatale auf 30. Tage herunter gezeit etc.

h) All. i. Cap. XV. §. 2. nota d) pag. 504. & §. 6. nota a) pag. 510.  
§21. §25.

## §. VI.

Eodem plane modo, quo in ordinatione cancellariae Celleensi a), ei, qui stante pede vel coram notario appellationem interponere non audet, diserte quidem extra ordinem & contra communem fere usum, suam appellandi intentionem Cancellarie per schedulam juncta sententia a qua, declarare & processus appellationis rogare quidem permittitur, modo hoc „præcisè intra decendum“ fiat, ita ut deinceps scripta hæc intimatio pro legali appellationis interpositione habeatur. Eundem vero huncce ad Hannoveranam Iustitiæ cancellariam adpellandi modum usu nihilominus, licet ordinatio cancellariae Calenbergica c) diserte præcipiat, intra decem dies „bey dem Unterrichter oder coram Notario & testibus zu appelliren“ obtinere testis est longe gravissimus, illustris ejus Director, DAVID GEORGIVS STRUBEN d) Addatur omnino b. GOTTFRIDI MASCOVII notitia juris & judiciorum Brunsvico Luneburgicorum e), ubi is eatenus recte: „unde ante tricesimum diem sententia non nanciscitur vim rei: judicatae.“ f)

Art.

a) Art. 34. pag. 36. 37.

b) FRIDES. de PUFENDORF in processu civili Brunsvico Luneb. P. IV. Cap. I. Sect. 2. §. 4. pag. 602. & in Obs. paſſim.

c) Tit. II. §. 2. p. 61. Conf. Tit. XXX. pag. 143. nec non die Cellische Hofgerichts-Ordnung P. II. Tit. I. §. 9. pag. 316. & Tit. XXXII. §. 1. pag. 408. des Cellischen Ober-Appellations-Gerichts-Ordnung de anno 1713. P. II. tit. II. §. 3. Was nun die fatalia & formalia appellationis anlanget; So lassen wir es dabey, daß die interpositio nach Anweisung der gemeinen Rechten, innerhalb 10. Tagen, a momento publicatio-  
te tententiae, vel etiam a die notitiae, wann der appellirende Theil kei-  
nen Procuratorem ad alia und sonderlich bey Publication der Urtheil  
gehabt, geschehen soll,, & denique die Braunschw. Untergerichts-  
Ordnung de anno 1677. Cap. XXIX. §. 3. pag. 41.

d) In Parte II. derer rechtlichen Bedenken, num. CXXIX. pag. 490.

e) P. I. Cap. IV. §. XXX. pag. 77. ubi: „a quibus decisionibus Con-  
ſulm intra decendium ad senatum appellari potest.

f) P. III. §. LXI. pag. 166.

### §. VII.

Retinuerunt illud pariter Electores MOGVNTINI, COLO-  
NIENSES & TREVIRENSES, nec non SAXONICI & PALATINI,  
hique in Titulo XXIII. der Undergerichts-Ordnung de anno 1610.  
pr. & §. 1. fol. 43. ubi: „alsbald nach gefellter Urtheil, fur  
fixendem Gericht, mit lebendiger Stimme, oder aber inwendig  
zehn Tagen hernacher, fur dem ordentlichen Obergericht, oder  
Notarien und Zeugen, mit Übergebung eines besondern Appella-  
tions-Zedels &c. in M. ABR. SAVRII fasciculo judicari or-  
dinis singularis, Francof. 1589. P. I. fol. 12. 52. b. 80. b. fol. 11.  
b. fq. Add. die Herzogl. Zweißbrückische Unter-Gerichts-Ordnung.  
Tit. LXVI. pag. 102.

### §. VIII.

Retentum illud quoque in Ducatu Iuliacensi, tam Duce  
WILHELMO, quam ab Electore Palatino IO. WILHELMO  
B in



in der Iulichischen Rechtsordnung de anno 1557. & 1635. Cap. 34. Wie von End und bey Urtheil soll appellirt werden, fol. 25. 26. „Da sich an Vnfern Unter- und Hauptgerichtern nach geschriebenem Endurtheil ein Parthey beschwerte erfindet, die mag alsbald im Fussflappen; oder bey sizzendem Gericht, in Gezenwürigkeit des Richters und Scheffen, an ihr negftordentlich Obergericht, vermög der Reichs-Ordnung mündlich appelliren, und Abschiedsbrief begehren, oder aber schriftlich doch inwendig zehn Tagen nach ausgeprochener Urtheil von Stunden zu Stunden zu rechnen, rel. Tit. LXII. pr. & in sequenti de anno 1562. apud MELCHIOREM VOETS in historia juris civilis Iuliacensis & Montensis, Duffeldorfii fol. 1694. pag. 16.

#### §. IX.

Retinuisse illud utriusque HASSIAE Landgravios, Darmstadtinum & Cassellanum, cum ordinationes judiciorum inferiorum & supremorum adpellationis tribunalium, tum & decisiones Caſſellani fatis ſuperque probant, quarum notabiliorum editionem perillustri ejus Praſidi de CANNIGIESSER debemus.

#### §. X.

Nec non Marchiones BRANDENBURGICOS; Vid. die Brandenburg Onolzbachische Proceß- und Gerichts- Ordnung P. I. Tit. IV. §. 2. pag. 22. fol. 1740. „demjenigen deutlich zu erklären, was ihm zu thun oblieget, wann er an das Iufiz-Colegium zu appelliren vermeynet, und daß er entweder also gleich seine vorhabende Appellation und wie er bey dem Amtspruch nicht zu bleiben verlange, in das Protocoll nieder Schreiben lassen, oder doch folches innerhalb denen nächsten zehn Tagen, welche von Stunden zu Stunden nach eröffneter Urtheil laufen, beg Verluſt der Appellation und weit gehens, vor Amt anzeigen müſſe, welches auch jo es geschehen, in das Protocoll ordentlich einzutragen und auch

Vie  
fich  
fur-  
pen,  
und  
hs-  
der  
ner  
pr.  
in  
fol.  
  
m-  
um  
af-  
em  
  
I.  
lä-  
im  
or-  
zu  
der  
on  
der  
hes  
nd  
uch

\* \* \*

der Tag und die Stunde der ergriffenen Appellation darbey anzumerken ift.„

§. XI.

Retinuerunt illud non minus Serenissimi Marchionis BADÖ-  
DVRACENSES in jure provinciali anno 1710. iterum edi-  
to, P. I. Tit. XXXIII. §. 1. pag. 54. „Da nun jezt angereg-  
ter massen nicht appellirt worden, steht dem beschwerten Theil frey,  
innerhalb zehn Tagen, von Stund zu Stunden, nach gehabter  
Wiffenschaft ausgesprochener Urtheil an zu rechnen, vor dem Ge-  
richt ergangener Urtheil, oder wo folches Gericht nicht beysamen,  
aufs wenigst dem Stabführer und zweyen Richtern schrift- oder  
mündlich, oder da er dieselben nicht haben könnte, vor dem Richter  
ad quem, an den appellirt worden, oder auch einem glaubwürdigen  
Notario und Gezeugen, doch heider Orten in Schriften zu ap-  
pelliren, und soll in diesen Fällen die Appellation dem vorigen  
Richter und der Widerpart, in den nächsten vierzehn Tagen sie  
beschehen, insmürkt und verkündet werden.„

§. XII.

Retinuit illud Regis Dania CHRISTIANI IV. Schles-  
wig - Holsteinische revidirte Landgerichts - Ordnung, P. I. Tit.  
IV. §. 21. pag. Corporis Constitut. Holsaticarum 25. & P. III.  
tit. XXVI. §. 1. & 2. pag. ibid. 18. a) die gräf. Holstein-Schau-  
enburgische Hofgerichts - Ordnung, P. III. Tit. V. §. 1. pag. 83. ubi:  
intra decendium ; itemque tam des Hochlöbl. Stifts Würzburg  
und des Herzogthums Franken Kayserliche Landgerichts - Ordnung,  
P. II. Tit. II. §. XXXIII. quam der freyen Kayserlichen Landgerichts-  
Ordnung in Ober- und Nieder - Schwaben P. III. Tit. XII. nec non  
die Münsterische Landgerichts - Ordnung, Tit. XXX. §. 1.

a) Conf Dittmarsch Landrecht de anno 1567. Art. XIV. §. 1. p. 24.  
ibid. T. IV. „So den beide Deel darmede thoſreden, also datt jodane  
Ordeel nicht gefchulden wurde, ſhall de Voget na utgangtein (10.)  
Dagen, in welcker Zijd de Ordell in ehe krafft gegenen iß E.c. de  
Execution dohen,“



### §. XIII.

*In der Graffschafft Solms Gerichts- und Landes-Ordnung,  
de anno 1571. quæ multorum jurium particularium mater est &  
fons, Francofurti 1612. fol. edita, P. I. Tit. XXXVIII. pag.  
41. b. legitur:*

*IV. Doch wann er gleich nicht in Fußstapfen appellirt hätte,  
hernach aber ihn Rath befände, daß er appellirens nothdürftig,  
auch befugt wäre: So mag er nochmal appelliren, doch daß sol-  
ches in Schriften für Notarien und Zeugen auch innerhalb zehn  
Tagen, welche von Stund zu Stund gerechnet worden, nach ge-  
schriebener Urtheil, geschehen.*

*Eadem fere habet Tit. XII. der Gerichts-Ordnung derer  
Graffschaffen Nassau, Saarbrück, Wissbaden und Izstein de anno  
1498. & die Nassau Catzenelbogische Untergerichts-Ordnung de  
anno 1711. §. 55. pag. 40.*

### §. XIV.

*Retinuerunt illud similiter Comites HOHENLOICI in com-  
muni suo jure provinciali, anno 1738. edito, P. VI. Tit. I. §. 4.  
pag. 191. Dass der, so sich beschweert zu seyn erachtet, entweder  
gleich zu der Zeit, da die Urtheil publicirt wird, mündlich zu verfie-  
ben und ad protocollum gibe, daß er die Revision suchen- oder appelle-  
riven wolle, oder da solches nicht geschehen, und er erst nach der  
Publication sich daza resolviret, innerhalb zehn Tagen von der  
Zeit an, da er Nachricht von der Urtheil erhalten, vor Unserer  
Canzley, oder vor einem, von Unsern Räthen und Canzley Secre-  
tario, in Schriften, oder allein mündlich ohne Schriften, oder auch  
sonsten vor zweyen erbaren und redlichen Männern, jedoch solchen  
falls allein schriftlich appelliren und solche Appellation ebenfalls in-*

nerhalb 10. Tagen, Unserer Canzley insinuiren und die Apostolos darüber geziemend requiriren, innerhalb 30. Tagen aber um die Gerichts-Acten gegen billigmäßige Bezahlung, anzubehn folle.,,

## §. XV.

Ordinatio processus SCHWARZBURGICO RUDOLSTA-DIENSIS, Tit. XXII. §. II. pag. 127.

Schrift Wann wieder einen Bescheid oder Urteil eine Protestations-Schrift innerhalb zehn Tagen übergeben würde, wäre dieselbe nicht zu attendiren, ungeachtet, diese Formalien darbey gebraucht: Es wolle Protestant den Bescheid, Rescript oder Urteil hiemit a vivibus rei judicatae suspendire, haben, sondern woffern er die Gravamata nicht expreße daby anführt, auch in Specie gemeldet wird, daß darwieder entweder geleutert, oder darvon appellirt, so soll dergleichen Protestation ungebindert, die Execution vollstrecket, oder was sonst der Bescheid, Urteil oder Rescript in sich hat, sibleunig verfüget werden.,,

## §. XVI.

Retinuit non solum ab antiquo decendum hoc interponendum appellationis proprie sic dictæ, ipsumque appellationis verbum secundum decretum de d. 13. Jan. 1611. efflagitantis, sed & denuo illud singulare decreto & programmate die 20. Octobris 1716. inculcavit Amplissimus Senatus inclutæ civitatis imperialis AVGVSTANÆ, verbis: „Daß binfür von allen Bescheiden sie mögen in Bürgermeister oder anderen Aemtern wie die inner Nabmen haben, zwischen denen Partheyen, oder ex officio gegeben worden, und wenig oder viel betreffen, die Provocatio entweder gleich stante pede oder inner den nechstfolgenden 10. Tagen bey besagtem Amt unschbar interponiret und daraufhin inner den nechstfolgenden 10. oder a die sententia latæ, 20. Tagen, sub pena deser-

*tionis introducitur werden solle.*, Apud IO. BARTHOL. HECKING in Disp. de provocationibus & appellationibus, secundum privilegia Cæsarea, statuta & observantiam illustris reipublicæ Augustanæ, Erlangæ 1752. Cap. II. §. 27. nota b) pag. 30. & Cap. III. §. 89. pag. 44. ubi etiam pag. 34. semestre illud removetur, quod ex decreto Senatus de d. 16. Oct. 1696. illi observare tenentur, qui causam in Senatu summarie tractatam, coram judicio urbano, ceu ordinario denuo, tractare volunt, sic explicatur, ut nobis heic non obstet.

### §. XVII.

Reformationem Norimbergensem, P. I. Tit. X. lege 1. 2. fol. 54. Francoforistemsem, P. I. Tit. XLII. §. V. VI. pag. 70. nec non Wormatiensem, L. II. Tit. I. §. 1. pag. 9. & L. V. P. IV. Tit. 1. §. ult. pag. 61. & Lindaviensem de anno 1739. tit. XVIII. §. 1. pag. 54. Statuta Mühlbusina, L. I. artic. 37. §. 1. pag. 81. ubi „binnen gehöriger Zeit“, & Heilbronnenſia Tit. XVI. itemque processus summarii judicij maritimj Lubecenſis (nondum tamen restituti) de anno 1655. in eundem censum referre licet, ut sexcenta alia, quæ præterim e collectionibus cumulari possent, nunc præteream, ipsam potius legitimam hujus *decendii* indolem expositurus.

### §. XVIII.

Est fatale illud, non tam poena & coercitio negligentiae, quam potius medium abbreviandarum & præscindendarum litium, perquam salutare.

### §. XIX.

Posset tamen illud quovis positivo & particulari jure, si  
ne dubio ampliari & extendi.

§. XX.

## §. XX.

Sicut illud ordinatione Fuldeni vom *Justiz-Wesen*, an die Ober- und Unter-Aemter, de anno 1720. diserte ad tres septimanas ampliatum fuit.

## §. XXI.

Sic porro perquam memorabilis est extensio hujus decennii usque ad quatuordecim dies, quæ in jure civili municipaliter dem Stadt-Recht Regni Bohemicæ & Marchionatus Moraviae, Vindobonæ anno 1720. edito, B.XCVI. pag. 138. 139. occurrit. „So über jemand eine rechtliche Erkanntnuß ergehet, und derselbe innerhalb der Zeit, die ihm von dem Rechten ausgemessen ist, von solcher Erkanntnuß, oder entstandenen Rechten innerhalb nechst folgenden 14. Tagen nicht appellirt, solche Erkanntnuß, oder erstandene Recht transhibit in rem judicatam, quæ pro veritate accipitur, das ist es wird befäigtet, und erlangt die Kraft ordentlicher rechtlicher Erkanntnuß, welche vor die Wahrheit und ordentlichen Entscheid der Partien gehalten wird, darnach wird ihn weder die Appellirung, noch etwas andrerst helfen. Porro C. VI. pag. 141. 142. §. 1. „der Appellant, der von einem Rechtes-Spruch und Urthel oder sonst wegen anderer seiner Beschwehrnuß (aus billigen Ursachen) appelliren will, soll sich darinnen also verhalten. Er soll in denen nechst den 14. Tagen von Acto des Rechts-Spruchs sich für denselben rechten (davon er appelliren will) oder aufs wenigste bey dem Burgermeister, so man zur selben Zeit kein Recht halten würde, sich anmelden, daß er appellirt &c.“

§. 2. Und nach solchen 14. Tagen, vom Acto des Ausspruchs soll der Appellant, endlich in den nechsten Sechs Wochen ihm die Appellation an ein Ort und Ende bringen &c. C. VII. pag. 143. da jemand aus denen Appellanten, hierin anders verhalten würde, und ließe den Termin, welcher im Rechten ausgemessen, das ist, 14. Tage

Tage von Publicirung des Urthelspruchs, unangemeldet, daß er appelliren will und von Erlegung des Appellation-Geldes Sechs Wochen vorbey gehen, so wird es dafür gehalten, als ob er nicht appelliren wollte, darum daß durch solche Nachlässigkeit der Rechtspruch, in rem judicatam, das ist, wie er durch Verlaufung der Zeit confirmiret und in seine Kraft kommen seye.,,

## §. XXII.

Decendio post sententiam, cuius revisio petita, Lubecenses, singulari ordinatione die 19. Martii 1739. alias quatuordecim dies addiderunt, intra quos causæ revisionis magnifico Directorio sub pena desertionis indicandæ & deducendæ sunt. Teste illustri DREYERO in libro supra laudato, pag. 375.

## §. XXIII.

Quatuordecim illi dies, quos die Fürstlich Hohenzollerische Lands-Ordnung de anno 1698. Tit. XVI. für die Obrigkeit sich berufen, pag. 42. 43. fatales statuit, verbis: "Wann aber eins in anhangender Rechts, oder anderer Sachen für die Obrigkeit begehrt, der soll sich in vierzehnen Tagen nach seinem Begehr zu der Obrigkeit verfügen, und sein Gegengparthey mit ihm bringen, so es aber in gemelter Zeit er nicht thut, soll man mit der Handlung und Rechten fürfahren, extra titulum XV. de appellatione occurrentes, hoc æque non pertinent.

## §. XXIV.

Dicitur illud tempus (§. I.) decendum. Sed potest illud nihilominus in undecimum a) usque diem excurrere, vel certe in undecimo demum die definere. b) Currit enim de momento ad momentum, von Stunden zu Stunden, c) naturaliter, d) ita, ut 240. horas & 960. quadrantes contineat.

- ¶ ¶ ¶
- a) IO. GE. ESTOR in *denen Anfangs-Gründen des gemeinen und Reichs-Proceßes*, §. 851. pag. 1566.
  - b) BENED. CARPZOVIVS in Libro III. Responso 114 num. 15. & IV-STVS HENNINGIVS BOEHMEROVS in *jure ecclesiastico Protestantium*, L. II. tit. 28. §. 28. Tomo I. pag. 1448.
  - c) Ut legitur in *Reformatione Juliacensi*, de anno 1696. Cap. XXXIV. pag. 25. nec non in *Francofordiensi*, P. I. Tit. XLII. §. 5. pag. 147. „innerhalb zweien Tagen den nächsten (so von Stund zu Stund gerechnet werden) wann der Appellant in dieser Stadt Frankfurt wärē &c. & in plerisque aliis.
  - d) L. II. Cod. quomodo & quando judex sententiam proferre debeat.

### §. XXV.

Patet inde necessitas, diem & horam tam *publicationis* a) sententiae a qua, quam ipsius quoque *appellationis*, b) annotandi c) fideliter & legaliter, vel & in subsidium probandi, probationemque injungendi.

- a) Ordinatio Cameralis, P. II. Tit. XXXIV. §. 4.
- b) Ius provinciale Wurtembergicum, Parte I. Tit. LXII. „*Von Verfertigung der Gerichts-Akten*, §. Neben solchem &c. 4. pag. 178. Neben solchem sollen sie den Tag und die Stund ausgeprochener Urtheil und darwieder beschehener Appellation: Item, welche Parthey alsbald im Fußstapfen, oder auf genommenen Bedacht, auch vor wem und welcher Gestalt appelliret: oder welcher Theil die Urtheil acceptiret und darfür gedankt oder deren Bedacht genommen, der Asten fleißig und unterschiedlich inferiori.,“ & Ordinatio Diaconaria lis Wurtembergica, P. II. Tit. IV. §. 3. in fine, pag. 51. 52. Tit. V. §. 10. 11. s4 pag. 56. 57.
- c) In placito Imperii de anno 1531. ad dubia a Camera proximae tum Vltilitationi proposita, legitur: „*Bey dem zweyten Artickel, welcher anfangt &c. Num. XXXIV. des V. Theils des Cammergerichtl. Archivs*, pag. 251. Nit weniger erfordert die Nothdurst &c. ist bedacht, Num. XXXIX. Ibidem, pag. 283, auch in einer Warnung aussehen zu lassen, daß die Unterrichter, von welchem an das Cammergericht appelliret, den Tag des Monats, und nit nachdem Sonntag oder



oder Fest, desgleichen auch die Stunden der gesprochener Urtheil und aller Handlung unterscheiden und lauter bestimmen und in Acten anzeigen sollen.“ Et quidem, ut hoc ipsum ubique non cifris, sed litteris, hisque plane exaratis (die Zahlen mit Buchstaben ausgeführten) fiat, optandum omnino statuendumque foret 10. GOTTFR. STRAVS in Disp. de appellatione per saltum, Cap. II. §. 10. pag. 29.

### §. XXVI.

Partibus, a) circa illud ampliandum, vel constringendum, nihil prorsus licet.

- a) Vti vult **MEVIVS**, Parte III. decis. 410. sed vid. **GAILIVS L. I.** Observ. 139. num. 6. & **MVLLERV** ad **STRVVIVM**, tit. quando appellandum nota d) Conf. perillustris L. B. de **CREMER** in Parte XIII. derer *Wezlarer Nebenfunden*, num. IX. pag. 120.

### §. XXVII.

Nec judici. a) Adeo, ut fatale hoc (§. I.) neuter iudex, vel a quo, vel ad quem, sive superior, sive inferior, ulla ratione b) vel prorogare vel & coarctare possit. Nec judici & partibus conjunctim.

- a) Recessus Imperii de anno 1532. Artic. III. §. 9. Ordinatio Cameralis ejusque Conceptum, locis supra §. I. allegatis: „Wollen wir daß der Termin der zehn Tage keineswegs überschritten gelangert oder gekürzt werde und dernalben — kein Richter auf der Partieyen Ansuchen und Begehren längeren Termin dann zehn Tag Bedacht zu appelliren geben soll. P. II. pag. 358. & P. III. pag. 105. In placito Imperii de anno 1531. ad proximam visitationem & quidem Of die Verzeichniß etlicher Artikel und Zweiffel, den Visitatorm umb Erklärung derselbigen durch das Cammergericht in Zeit der Visitation übergeben.“

Legitur: „Uf den ersten Artikel, anfangend: Nachdem sich in dem heiligen Reich oft zuträgt &c. Num. XXXIV. des V. Theile des Cammergerichtlichen Staats-Archivs, pag. 250. achtet die Städte gut seyn, daß eine gemeine Warning im Reich ausgehen soll, den Termin der zehn Tag, welcher dem verlierenden Thier von gemeinen Rechten geben wird, keineswegs zu überschreiten, noch denjeben zu kürzen.“

kürzten. Und derhalb kein Richter auf der Partheyen Begehr länger Bedacht zu appelliren geben soll.,, Ibidem num. XXXIX. pag. 283.

Est ideo etiam eas inter quæstiones, quas Visitatores Cameræ Imperii, mouere & in quas inquirere solent & debent, in illustris G. D. STRUBENII Nebenfundens P. IV. pag. 248. legendas, hæc quoque numero 81. Ob die fatalia appellationis nicht zu lange prorogiret werden?

- b) MARANTA de ordine judiciorum, Parte VI. num. 230. pag. 608. num. 241. BE SOLD. de appell. Cap. X. pag. 400. AVGVSTINVS a ERYSER in specimine meditationum ad Pandectas DCLV. num. 31. 32. 33. Tomo X. pag. 500. 501. per illufris L. B. de CRAMER in derer Wezlarischen Nebenfundens Parte XXXIX. num. IV. pag 33 — 40. in derer Wezlarischen Beyträge Parte IV. num. XV. §. 2. pag. 195. & in Observatibus juris universi LX. & CLXXXVIII. Tomo I. pag. 216. 217. 463. 464.

### §. XXVIII.

Licet hoc fatale prorogari omnino a neutro judice queat, si quis tamen intra illud ejus prorogationem ex errore ab altero rogaverit, illud tamen observasse censembitur a), modo de ejus voluntate appellandi exinde satis confit.

a) Perill. L. B. de CRAMER Systema §. 1134. & Institut. §. 1016. pag. 356.

### §. XXIX.

Non datur contra illud, vel minoribus, vel universitatibus, vel piis corporibus, vel feminis a) & viduabus, vel militibus b) & rusticis restitutio in integrum, c) nisi ob justam & manifestam plane causam, tumultum, incendium, bellum, pestem, iustitium, rel. facilius adhuc impetranda, si plane d) non, quam si sero nimis, appellatum fuerit.

a) Wezlarer Nebenfundens Parte XXXIX. pag. 33. Parte XLII. num. IV. pag. 71 — 83.

b) Conf. tamen MEVIVS, P. I. dec. 150.

c) Observatio CRAMERIANA V. Tomo I. pag. 28. Observ. LX. pag. 217. Obs. CLXXXVIII. pag. 463. Obs. CCCCXLII. Tomo II. P. I.

217. Obs. MCCCXXX. Tomo V. pag. 147. 148.

d) Wezlarischer Beyträge Parte IV. num. XV. §. 1. pag. 195.

C 2

§. XXX.

## §. XXX.

Est illud ratione *initii utile a)*, hoc est, currit illud de-  
mum a tempore & momento b) (§. XXIV.) scientia sententiæ publi-  
catæ c), quam quis plenam & specificam d), vel tanquam ad il-  
lam audiendam prout juris e) & necessitatis est, rite & legitime  
cittatus, vel procuratorem apud acta habens, saltem habere po-  
tuit, & habuisse merito censetur.

- a) L. i. §. 7. quando appellandum sit, & Cap. 3. de appellationibus in  
6. ubi: „postquam sciverit.”
- b) Recitatæ, inquit Imperator in d. Nov. XXIII. cap. 1. ubi: intra de-  
cem dierum ipsatum, a recitatione sententiae numerandum, Ius Prov-  
W. P. I. Tit LVIII. §. wann aber Et c. 2. pag. 171. ubi: gleich nach ausge-  
sprochener Urtheil an zu reihnen O. D. W. P. II. Tit. III. §. 1. „von  
der Stund ergangenen Urtheil an zu rechnen“, pag. 47. Reformatio  
Norimbergenfis de anno 1564. P. I. Tit. X. Lege II. fol. 54. b. „in  
zeit der zehn Tag nach eröffneter Urtheil“, & sic etiam reliqua.
- c) a LEYSER in specimine DCLV. meditat. 5. & 7. Tomo X. pag.  
472. & 473.
- d) MEUVIS Parte I. decis 7. num. 9. Parte III. decis. 269. & Parte VII.  
decis. 269.
- e) O. D. W. P. II. Tit. V. §. 4. 5. pag. 54.

## §. XXXI.

Publicata sententia si vietus & gravatus, qui illam forsitan ipse au-  
divit, molestumque sibi tenorem ejus percepit, mox, in continentali,  
stante pede, zur Hand, zur Stund, im Fußlappen, non solum ut  
plerumque viva voce, vel ipse, vel per advocationem suum, ora-  
liter, verum etiam in scriptis, scheda quadam appellationis, vel  
mox, inter publicandum, dum alter gratias agebat, exarata, vel  
jam antea in casum hujus adversitatis preparata, judicio adhuc  
congregato & sedenti, tacite saltem porrecta & exhibita ab hoc  
fine dubio acceptanda, appellare potest.

a) Non

¶ Non vero dictata, alias enim in scriptis non appellasset, quod tam  
men forsitan voluisse, de CRAMER. Institut. juris. Cam. §. 922. Syste-  
ma juris. Cam. §. 1043.

### §. XXXII.

Et quamvis hodie communi atque camerali præsertim jure,  
& quis deinceps demum post intervallum quoddam coram notario  
& testibus appellare vult, hoc non itidem viva voce & oraliter,  
sed non nisi in scriptis, schedaque appellationis fieri posset, no-  
stro tamen jure Wurtembergico utrumque, & tum viva voce,  
tum in scriptis, tam oraliter, quam per schedam appellare licet,  
sive statim, sive intra decem modo dies, sive coram judicio ad-  
huc vel & alia vice rursus sedente, sive coram notario & testi-  
bus, sive quoconque alio permesso modo appelles. Modo hisce  
caelibus appellatio probari possit, quippe quæ per scabinorum &  
honestorum virorum testimonium scriptum, sive documentum  
factæ coram illis appellationis, si oralis saltem fuerit, non demum  
sit, sed modo probatur.

### §. XXXIII.

Non igitur nisi scienti, certe non ignorantie sententiam &  
gravamen a), currere incipit illud.

a) L. i. §. 7. & 15. quando appellandum.


### §. XXXIV.

Ignorantia potius, quam scientia, in dubio præsumitur,  
donec haec ab appellato, sicut illa ab appellante, etiam jura-  
mento, probetur, nisi fortior scientiae præsumptio appellanti ob-  
stet.

### §. XXXV.

Qui procuratorem apud acta habet, (§. XXX.) victus &  
gravatus, nihilominus ipse potest intra decendum a momento  
scien-

C 3



scientiae suæ, vel ipse, vel per alium denuo procuratorem, quo-  
vis modo appellare a) ita ut scientia procuratoris, principali,  
quoad interpositionem appellationis omnino non obstat. b)

a) Ius provinciale Wurtembergicum, Parte I. Tit. LVIII. § fin.  
§. 172.

b) Præter M E V I V M Parte V. decis. 206. B. W O L F G A N G . A R . S C H O S P E  
non solum in proceſſu diacaſteriali Cap. VIII. §. 3. pag. edit. nov.  
169. 170. verum in primis quoque in Decade Thesium & Differen-  
tiarum Iuriſ Communis & Wurtembergici, Diff. I.

#### §. XXXVI.

Sin vero nec dominus, ignorans, nec procurator, intra-  
decendum appellaverit, Wurtembergica quoque & diacaſterialis  
a) quidem praxis, æque ac cameralis b), principali restitutionem  
in integrum contra illius fatalis lapsum, tunc, si i.) procurator  
non sit solvendo c), quem in finem ipse prius excutieſtus, & (i 2.)  
omnis fraſus, dolus & collusio abſit, pro qualitate meritorum cau-  
ſa & pro arbitrio judicis ad quem, brevi manu ita conceditur,  
ut ſola procuratoris (de advocato plane non eſt fermo) negligen-  
tia domino haud nocere queat.

a) Secundum L A V T E R B A C H I V M , H A R P P R E C H T V M , S C H W E D E -  
R V M & S C H O E P F F I V M , in hujus proceſſu diacaſteriali all. I. pag.  
170. laudatos.

b) Secundum G A I I V M , L. I. Obs. 139. num. 9. 10. & per illius L.  
B. de C R A M E R ſyſtema proceſſu Imperii §. 1133. pag. 322. 323.  
Conf. Inſtitutiones Ejusdem §. 1015. pag. 355.

c) Arg. L. 13. Cod. de Iudiciis.

#### §. XXXVII.

Currit ab omnibus omnino ſententiis appellabilibus, in  
terlocutoriis a) & definitivis, nullis & iniquis, etiam abſque cau-  
ſe b) cognitione latiſ, & ab omnibus gravaminibus, propriis &  
alie-

alienis, judicialibus & extrajudicialibus c), claris & obscuris, puris & conditionalibus, d) etiam provisionalibus. e) Eventuales contra appellations intolerabiles sane, illud non attinet.

- a) Inter quas hoc fine distinguit die revidirte Landgerichts-Ordnung Königs Christian IV. P. I. tit. 4. §. 21.
- b) Ordinatio Cameralis P. III. Tit. XXXIV. §. 1. P. III. pag. 124. C. O. C. P. III. Tit. XL. §. 1. R. I. N. §. 121. pag. 662.
- c) Wezlarer Nebenfunden Parte LIV. num. IV. pag. 81—91. Frustra hic singulare & differentiam quandam notare voluit GODOFREDVS STRAVSS in Disp. de appellatione extrajudiciali, Vitemb. 1691. th. II. in fine.
- d) L. I. §. 5. quando appellandum. MYNSINGER. V, 95. vid. tamen Codex Fabricianus L. I. tit. 10. def. 15. & L. VII. tit. 26. def. 22.
- e) Observatio CRAMERIANA CCCLXXXVII. Tomo I. pag. 841. & DCVIII. Tomo II. P. II. pag. 58. 59.

### §. XXXVIII.

A rescriptis, decisionibus & rejectionibus Principum, prævia cauſſe cognitione datis, pariter ac a quibusvis ſententiis intra decendium appellandum eſt, non tamen a die vel resolutionis, vel expeditionis, vel scientiæ, vel & transmissionis atque communicationis in vim publicati, ſed ſolemnis demum publicationis, rite citatis partibus instituenda, a) computandum.

- a) AVG. a LEYSEE in meditat. ad Pand. Spec. 65. med. 4. & 5. 6. & 7. Tomo X. pag. 472. 473. 474.

### §. XXXIX.

Quodsi iudex inferior ſententiam quandam contra contumacem aliquem tulit, eamque prævia citatione a citato contumaciter neglectum, monitoriam a) ſaltem, pro publicata declaravit, decendium appellaturo statim ab hac iſpa declaratione vel



vel publicatione currit, secus quidem ac in Camera, ubi sententia in contumaciam lata partibus contumacibus insinuari & factale vel revisionis, vel restitutionis demum ab insinuatione currere & computari solet. b)

a) L. i. §. fin. quando appellandum.

b) *Per ill. IO. VLR. L. B. de CRAMER in P. LXXXV. derer Westfälischen Nebenstunden*, num. IX. §. 1. & 2. pag. 54—64.

#### §. XL.

Decendum hoc intelligitur & currit a *prima*, non vero etiam a *secunda*, hoc est, priorem mere confirmante, eique tantum insistente iterumque inhärente sententia, quippe a qua, si vere nihil aliud, quam prima, a qua intra decendum non appellatum, vel appellatio denegata a) fuit, contineat, appellatio plane b) non permittitur.

a) A qua scilicet denegatione & rejectione intra *novum* semper decendum appellare si non necesse, *Conf. Tub. Vol. VIII. conf. 75. num. 19. consulfum tamen est. MREVVS P. V. dec. 218.*

b) L. i. Cod. quando provocare non est necesse. *Consilia Facult. Iurid. Tubing. Vol. VIII. conf. 13. num. 12. & conf. 68. num. 38. Ia. de CRAMER Obs. T. II. P. I. pag. 8. 145. 474. Nebenfund. XXVII. p. 11. §. 1. sq. §. Inst. 479. & §. Syft. 1100.*

#### §. XLI.

Quodsi declaratio sententia petita fuerit, decendum interponendae appellationis demum quidem a tempore publicatae declarationis currit, ad resecandas tamen disputationes expedite statim declarationis petitioni eventualem velut appellationem jungere. a)

a) *IO. FRID. WILH. de NEVMANN in WOLFSFELD in Commentat. de processu judicario in causis Principum, 4. 1753. Tit. XIII. §. CCCLXVI. pag. 360. 307.*

§. XLII.

## §. XLII.

Ratione cursus decadum hoc est *continuum*, adeo, ut etiam dies ille, quo sententia publicata fuit (§. XXX.) æque ac ille dies, quo appellatum fuit, five primus & ultimus, in numerum decem dierum, imputetur, a) at non tamen totus, sed saltet ab eo inde, quo sententia rite publicabatur, puncto & momento. Unde necessario decima dies juridica in undecimam (§. XXIV.) naturalem desinere debet. Et sic hoc casu sine dubio dies termini computabitur in termino. b)

a) Arg. L. I. §. 9. de successorio edito, L. 133. de V. S. & L. 12. 13.  
& 138. pr. de V. O.

b) GAI. L. I. Observ. 139. n. 5. RVELAND. de Commiss. & Commiss.  
L. VI. Cap. 13. n. 13.

## XLIII.

Prodest appellanti ultimus five decimus adhuc dies, imo ultima ejus hora a) & momentum b). Quod momentum tamen non pro tota hora, cum GOVEANO, c) sed pro quovis, quod adhuc distingui & comprehendendi poterit, minutissimo d) temporis spatio accipiendo est. Nec adtentatur discrimen veteris & reformati five emendati kalendarii, nec undecim illi dies isti subtraeti, nunc amplius quidquam circa hoc decadum variare possunt. Nec e numero decem illorum dierum excipiendum dies anni bissextilis intercalaris. e)

a) In all. supra §. IV. Ordinatione tribunalis Brandenburgica additur:  
*Es soll aber der ganze zehende Tag bis des Abends um 8. Uhr unter diejeni fatali begriffen seyn.*

b) MARTINI in Procesu Saxonico, Tit. XI. §. 6. num. 135. BEERGER  
in electis disceptationum forensium, Tit. XXXV. obs. 5. BOEHMEE  
in Lure Ecclesiastico Protestantium, L. II. tit. XXVIII. §. 28. To-  
mo I. pag. 1448.



c) In L. var. lect. I. Cap. 10. in fine.

d) ALB. GENTILIS de div. temporum appell. cap. 7. BESOLDVS de appell. Cap. VIII. §. 2. pag. 338.

e) Non obstante L. 98. de V. S.

#### §. XLIV.

An vero etiam appellanti totus ille dies undecimus (§. XXX. & XLII.) profit, in quem decimi diei complementum incidit? quæfio est non sine distinctione expedienda & tum quidem affirmanda certe, quum in dubio a) versamur, hora vel sententia promulgata, vel appellationis interposita, non adcurate fatis anno ata, neganda vero, si decem dies, antequam appellatum fuerit, penitus præterlapsos fuisse, certo constat.

a) FRIDERICVS MINDANVS de mandatis, L. I. Cap. 8. Sect. I. num. 5. BESOLDVS de appellat. Cap. VIII. §. 2. pag. 339. BRUNNEMANNVS in Proc. Civ. Cap. XXVIII. num. 44.

#### §. XLV.

Hinc, quando partes litigantes, ad publicandam sententiam rite citatae fuerunt, una comparent, altera vero non veniat, huic nonnisi post horam pomeridianam sextam (alibi octavam) sententia licet hora decima vel duodecima publicata, decendum appellationis vel leuterationis currere statuit a WERNHER. a)

a) In P. II. Observ. for. 394. pag. 278.

#### §. XLVI.

Præjudicium & fatale termini probatorii, sententia probationem quidem injungente, appellatione vero suspensa iterum que deinceps in superiori judicio confirmata constituti, ei quoque, qui ipse a) non appellavit, demum inde a lapsu hujus descendii, id est, confirmatoria hac, præterlapsso decendio rei judicatae vires nacta, currit, modo alteruter contra ipsam probacionem, non vero potius contra alia sententiae capita appellaverit. b)



a) BERGER Elect. Disc. For. p. 649.

b) de CRAMER Wexl. Nebenfund. P. LXXIII. pag. 4. CAR. FEED. HOMMER  
in Rhapsodia quæstionum &c. Observ. XLVI. pag. 40. edit. noviss. 4.

### §. XLVII.

Si judex alterutri partium juramentum deferat, nec altera,  
contra quam illud delatum fuit, ab hac delatione appelletur, &  
post decendium illa jurare parata sit, tunc adhuc ab hac ipsa  
præstatione, in termino ejus, appellari poterit. a)

a) IOACH. MINSINGER Cent. I. Obs. Cam. 39. & Cent. II. Obs. 14.  
ILICO VMMIVS in Disp. ad process. judic. directa 14. nota 408.  
pag. 631. & BESOLDVS Cap. VIII. §. 2. pag. 344.

### §. XLVIII.

Imputantur continuo (§. XLII.) hujus decendii cursui, ceu  
termino & fatali legali a) (§. I.) feriati b) quoque dies omnes,  
fatti & nefasti. c) Diserte id sola fere statuit civitatis liberae  
imperialis M E M M I N G E N S I S anno 1751. erneurte Gerichts- und  
Proceß-Ordnung, Tit. XXVII. qui huc adducatur, dignissimo,  
§. 1. pag. 201. 202. „Wann eine Parthey durch Urthel beg  
Einem Ehrlöbl. Stadt - Gericht ergangen, beschwert zu seyn  
vermeynte — — so mag von derselben entweder stante pede, oder  
schriftlich innerhalb 10. Tagen (so von der Stunde der publicirten  
Urthel zu lauffen anfangt und die einfallende Fest- und Feyertag  
ge mitgerechnet, und weder von dem Richter (§. XXVII. XXVIII.)  
noch durch ein Compromiß derer Partheyen (§. XXVI.) prorogiret  
werden kan) an einen wohllöblichen Magistrat appellirt werden,  
nach Verfluß dieser Zeit aber ist die Urthel in die Kraft Rechtens  
erwachsen und hat davon keine Appellation mehr statt.“ In quibus  
tamen itidem omnibus, feriis etiam divinis, recte appellari d)

D 2

a) Ab





- a) Ab ENGELBRECHT in Obsf. XV. pag. 97. 98.
- b) L. i. Cod. de ferial. Arg. L. II. §. 6. ad L. Julianum de adulteris.
- c) Perilluftris L. B. de CRAMER Beyträge, Parte II. num. II. §. I.  
sq. pag. 10. & Observ. CCCLXIX. Tomo I. pag. 799.
- d) a LEYSER specim. XXXI. coroll. 3. Vol. I. pag. 365.

### §. XLIX.

Currit illud pauperi æque ac diviti, feminæ a) æque ac masculo, militi b) æque ac pagano, rustico æque ac litterato, currit etiam si aëta desperita fuerint, currit denique etiam si semel, sed male, vel ad minus competentem judicem appellatum fuerit, ita, ut denuo intra illud appellari queat.

- a) Wexlarische Nebenstunden Parte XLII. pag. 71. sq.
- b) L. 20. pr. & §. 2. de appellat.

### §. L.

Non currit ei, qui extra omnem culpam a) est, nec currit ab initio gravaminis, si hoc continuum sit & succellivum habeat continuumque tractum, quippe a quo semper appellari b) poterit.

- a) Observatio CRAMERIANA MXCV. Tomo IV. pag. 205. 206. 207.  
Add. Tomus I. pag. 217.
- b) de CRAMER in §. Systematis 1132. pag. 322. & Institut. 1014. pag. 354. BEGOLD. Cap. VIII. §. 2. pag. 343.

### §. LI.

Intra hoc decendium nostrum actu appellandum, non vero faltem vel comminandum, vel se appellaturum fore a gravato declarandum a), vel, sive contra sententiam, sive contra lapsum fatalis, b) in curia c) interim loco appellationis ipsius



*protestandum*, vel pro prorogatione hujus fatalis interim supplandum, vel *re appellare reservandum d)*, vel sententia gravans alia faltem ratione impugnanda.

- a) L. z. de Appellat. a LEYSER specim. DCLVI. medit. 81. Vol. X.  
pag. 537.
- b) Nisi forte in casu absentia judicis apud quem appellantum. Vid. II.  
IO. STEPH. PVTTERI Resp. CLV. num. 16. pag. 1016.
- c) Perillustris L. B. de CRAMEE observ. MCCL. Tomo IV. pag. 776.
- d) HABBERLINI Hofgerichts-Urtheln, num. 1016. pag. 623.

### §. LII.

Protestatio contra sententiam a victo intra decem dies licet interposita, sola & nuda, sententiam istam non impedit, quo minus in rem judicatam haud transeat. a) Sicuti nec ulla contra hoc fatale protestatio juvat ejusve lapsum remoratur. Etiamsi expresserit protestans, se hac sua protestatione sententiam a viribus rei judicatae suspendere velle, quo casu tamen in Saxonia leuterationis vim protestationi illi tribuunt.

- a) IO. LVD. SCHMID in Dis. de remedio suspensivo in provocations, prasertim protestatione quæsito, Jen. 1766.

### §. LIII.

Eodem jure & modo sententia in rem judicatam ejus quoque intuitu transit, qui sibi appellationem speciatim & generatim omnia remedia contra sententiam, altera parte appellante, reservavit quidem, at non actu vel adpellavit, vel adpellationi alterius intra decendum adhæsit, adeo, ut licet alter postea appellacioni suscepit renunciet & alias talis renunciatio alteri haud obfit, nulli amplius appellacioni a) reservantis locus sit.

- a) Vti respondit H. F. SCHORCH in Consilio Fac. Jurid. Erford. (Erford. fol. 1770.) XLVIII. num. 3, 4, 7, 8. pag. 181, 182.

D 3

§. LVI.



## §. LIV.

Sufficit tamen, si vel *incidenter* saltem, vel & *uno tantum verbo*, a) modo vere, appellatum fuerit, nec metus b) judicis c) a quo omisssam appellationem unquam excusat. d) Aliud de vi dicendum. e)

- a) V. gr. Appello, L. 2, de appellat. I. P. W. P. I. Tit. LVIII. §. 3, pag. 171. O. D. W. P. II. Tit. 3, §. 2, pag. 47.
- b) Sed vid. tamen Observatio CRAMERIANA XX. Tomo I. pag. 87.
- c) Cujus honor eique debita reverentia appellando minime iuditur, adeo ut clausula illa, salvo tamen respectu &c. plane superflua sit. Illud. ERNEST. MART. CHLADENIUS in Dipl. de reverentia fori, Vitemb. 1767. §. 96 sed vid. quoque die Wezlarische Nebenfunden P. LXXXV. pag. 63. 64.
- d) L. 1. & 2. Cod. (VII, 67.) de his, qui per metum judicis non ap. pellarunt.
- e) All. modo L. 2.

## §. LV.

Appellans ad Supremum Dicasterium Wurtembergicum, sepe frustra ad quævis solemnia intra decendum offert, cum præter fatalia, mox observanda, talia usu non vigeant in hoc Ducatu, velut cautio, juramentum, pecunia succumbentia, rel.

## §. LVI.

Cum vero decendum primum fere & præcipuum appellationis formale fit (§. 1.) & in hoc Ducatu formalia appellationis sua ab appellante & quidem oraliter a) justificanda sint, nisi probatio illorum decernatur: b) sua sponte liquet hoc ipsum quoque decendum appellando rite observatum fuisse oraliter docere & si quidem opus, probare debere appellantem.

- a) O. D. W. P. III. Tit. 23. §. 3. pag. 101. Ius P. W. P. I. tit. 65. b) Contra

b) *Consilia Facult. Jurid. Tubing.* Vol. VIII. conf. 4. num. 25. & conf. 18. num. 18.

### §. LVII.

Appellatum fuisse, ni hoc, tanquam facti, probetur, omnino quidem non presumitur, at si quidem appellatum & appellatum fuisse probatum fuit, tum appellationem intra decendum interpositam fuisse, in dubio, & modo contrarium probari nequeat, ob favorem appellationis, recte presumitur. a)

a) *MEVIVS P. I. dec. 257. & P. II. decif. 373. LYNCKER de gravam extrajud. Cap. VII. P. II. §. 2. pag. 593. Consilia Tubing. Vol. IX. conf. 76. n. 12. & 51.* Nam & hoc fatale, quantum omnino fieri potest, salvandum.

### §. LVIII.

Minime tamen intra hoc decendum plus, quam appellationis ipsa, faciendum & v. gr. gravamen ipsum vel indicandum & allegandum specifice, vel deducendum plane. Ni ab interlocutoria a) saltem appellatum fuerit.

a) *Cap. 51. X. & de appell. in 6. secus ac quidem Iure Prov. W. P. I. Tit. LXIX. pr. pag.*

### §. LIX.

Non adtenditur in Dicasterio Wurtembergico rescriptum Cancellarie, quo quis ad appellationem intra decem dies haud interpositam, nihilominus prosequendam, in praedictum tertii restitutus a) fuit.

a) *HABBERLINI Hofgerichts-Urtheln, num. 401. pag. 223.*

### §. LX.

Appellationem suam ut appellans judici a quo, intra idem decendum denunciet non praecise quidem necessarium, at pro-



propter executionem a) tamen & attentata b) apprime utile est.  
Quicquid enim vel judex a quo, vel & pars, intra hoc decen-  
dium, vel secundum, vel contra sententiam suscipit, atten-  
tum, c) est & revocandum.

- a) L. B. de CRAMER in Observ. DXIX. Tome II. P. I. pag. 191.
- b) O. CAM. P. II. Tit. XXIX. §. 5. C. O. C. P. II. Tit. XXXII. §. 7.  
O. D. W. P. II. tit. III. §. 1. in fine welches nechstgezezt schriftlich  
appelliren auch, vor Ausgang obgedachter zehn Tagen, dem Richter  
zu insinuiren, zu diesem Ende, damit der selbe mit der Execution  
nicht procedire. Addantur omnino §. 10. 11. pag. 50. ubi  
Da aber vor sonst zwey Männern, oder einem Notario und Zeugen  
appellirt, soll der Appellant sein fürgenommene Appellation, inner-  
halb zehn Tagen, von geschehener Appellation an zu rechnen, dem  
Ammann des Gerichts, oder dem fixenden Gericht, oder auch nur  
zweuen des Gerichts, insinuiren und anzeigen. „
- c) I. P. W. P. I. Tit. LXXII. von Attentaten und Neuerungen, wann  
und wie darinnen gehandelt werden soll, pag. 196. O. D. W. P. II.  
Tit. III. §. 9. pag. 49. 50.

### §. LXI.

Intra decem dies aliquoties & sepius appellare licet, ita ut  
deinde appellantis arbitrio relictum sit, quamnam, an primam,  
an ultimam prosequi velit. a)

a) MYNSINGER. L. I. obs. 7.

### §. LXII.

Ratione judicis ad quem, si ad plures a) forsan appellari  
posset, intra, non vero amplius post decendium hoc variare b)  
licet, licet is, qui minus recte appellatus fuit, appellationem jamjam  
admisferit. Negat hoc CACHERANVS Dec. 131. affirmat vero  
BESOLDVS Cap. VIII. §. 2. pag. 340. Eum vero, quem spe-  
ciatim appellare voluerit appellans, judici a quo, inferiori nem-  
pe, denominare consultum omnino, at æque ac in §. LX. ne-  
cessa c) haud est.

a) Conf.

- a) Conf. *illustris IO. STEPHANI PVTTERI* Disp. de præventione in causis appellationis, speciatim summorum imperii tribunalium, Goett. 1766.
- b) L. 23. Cod. de appellat.
- c) O. D. W. P. II. Tit. 3. §. 3. pag. 47.

## f. LXIII.

Differentia, quam LEYSERVUS a) inter jura communia, Romanum b) & Canonicum, c) atque Saxonica, ab eo in cœlum usque elata & omnibus aliis prælata, quoad tempora interponendæ appellationis & petendorum apostolorum, observat, dum illorum cognitionem judici inferiori secundum illa tribuit, secundum hæc vero negat, si neglecta ea fuerint, impune nihilominus in causa haud progredienti, & vera est atque fundata, & æque ad Wurtembergicam ac quidem ad Saxoniam praxin spectat, inferiore scilicet judice inter nos ne de neglecto quidem descendio judicante, sed ad judicem, superiorem quemvis, ejusmodi defectum merito referente.

- a) Spec. 655. med. 1. sq. Tomo X. pag. 479. 480. & med. 27. & 30.  
34. 37. pag. 497. 498. § 2. § 4.
- b) L. un. princ. nihil innovari pend. app. L. 3. de appellat.
- c) Cap. 7. X. ibid. MREVVS P. I. dec. 217. & P. II. dec. 64.

## §. LXIV.

Si vere tertius, etiam advocatus a) primæ instantiæ, etiam curator feminæ, solus, sine hac ipsa, alterius nomine appellaverit, hic appellationem intra idem hoc identidem decendum a die scientiæ, diserte, solemniter & judicialiter, ratam b) habere tenetur, si quidem illam attendi velit. Secus si procurator, etiam citra speciale mandatum, appellaverit. Licet vero con-

E

jun-



juncta persona, pro alia conjuncta appellaverit, tamen in hoc  
Ducatu ejus, pro quo appellatum fuit, rathabitio[n]em intra  
decendum itidem necessariam esse, alias autem totam appella-  
tionem rejici, præjudicia d) confirmant.

a) Vid. tamen **MEVIVS**, P. L. Dec. 216.

b) L. 23. §. 2. de appellationibus. I. P. W. P. I. Tit. LVIII. §. per-  
nult. da dber &c. pag. 172. O. D. W. P. II. tit. III. §. 5. pag. 48.

c) a **LEYSEER** in specim. DCLVI medit. 78. 79. Tomo X. pag. 535.  
§. 8. pag. 49.

d) I. P. W. all. I. §. So auch &c. pag. 171. O. D. W. P. II. tit. III.  
§. 8. pag. 49.

e) Apud **B. BARDILI** in Conclusionum theoretico practicarum Exerci-  
tat, XXXIX. concl. 4, nota c)

### S. LXV.

Interveniens quoque, qui se gravatum putat, non minus  
ac quidem alteruter partium, intra decendum appellare debet.

a) L. 2. §. 1. quando app. Cap. 2. de appellati. in 6. **WESOLOWS** Cap.  
VIII. §. 2. pag. 341.

### S. LXVI.

Potest vero & solet Dicasterium Wurtembergicum de-  
fectum ratione decendii etiam ab appellato ejusve advocate  
non oppositum, quem se illicet pars nec expresse nec tacite  
remittere potest, ex officio adtendere & appellationem ideo  
rejicere, vel non admittere.

a) de **CRAMER** in Tomo Observ. IV. pag. 817.

### S. LXVII.

Decendum hoc, qui rite non observavit, appellans, sentia  
sentia non devolutoria (quæ minus accurate defertoria di-  
ceretur) reg. in expensas condemnatur & multatur.

a) Arg.

a) Arg. L. f. quorum appellations non recipiuntur, & Cap. 26. X.  
de appellat. a LEYSER Spec. DCLV. med. 4. fig. Tomo X. pag.  
481. HABERLIN. num. 256. 431. 1016. & 1602.

### §. LXVIII.

Abrogandum istud causamque appellationis ad priscos Germanorum mores reducendam censuit, misso Imperatori nuncio, LEOP. NIC. L. B. ab ENDE a) „Æquitati certe convenientissimum fuit scribens, lata sententia querere ex viro: Utrum sententiae statre, an provocare malit? Ambigentibus præterea justum tempus ad deliberandum præfinire, denique in respondere nolentes discipulis severitatem adstringere. Quodsi itaque hodie abrogatio fatali decendio concessoque appellantibus justo temporis modulo, eadem fierent interrogations, multaque leviori responsio, si identidem negaretur, graviori extorqueretur dubium non est, quin totius ambagibus litibusque superfederemus, quibus quemque sollicitari deprehendimus, qui vel bona mente, malevolorum provocatus injuriis, forensem pugnam ingreditur invitus, » rel. rel. Sed vehementer ego quidem vereor, ne abrogatio hujus decendii plurium adhuc majorumque aliarum miseria rum ærumnarumque forensium mater sit fœcunda, portaque patentissima.

a) In Disp. de iniquo fatalium rigore, Cap. V. §. XX. pag. 316.

### §. LXIX.

Aliud adhuc, saltem quoad effectum suspensivum, fatale decendii circa appellationem, & quidem itidem interponendam statuit Ordinatio Dicasterialis WVRTEMBERGICA, a) eos, qui saltem coram duobus viris honestis, vel notario & testibus appellarent, intra proximos inde ab appellatione sua decem dies,

E 2

kanc



hane vel iudicio a quo, vel praefecto, vel duobus ejus certe assesso-  
ribus significare jubens, ne attentata b) committantur.

a) P. II. tit. 3. §. 10. pag. 56. Conf. I. P. W. P. I. tit. 58. §. <sup>WANN</sup>  
aber pag. 171. Cui loco non obstant verba §. 1. illius Tituli 3, finalia,  
pag. 47. secundum quae utrumque illud decendium unum videri  
posset idemque.

b) Vid. §. 11. pag. 56. & supra §. LXX. pag. 32.

#### §. LXX.

Decendum, praeter appellationis interpositionem, in iure  
civili porro etiam constitutum est, I.) supplicationi, sententiam  
inadpellabilis praefecti praetorio retractaturæ, Nov. CXIX. Cap.  
§. II.) sententiam arbitri non amplexuris; L. 5. Cod. de rec.  
arb. III.) constituto sine die, L. 21. §. 1. de pec. const. IV.) in  
interdictis, edictis & citationibus; L. 68. 69. 70. de iudiciis,  
L. 13. §. 2. Cod. eod. & V.) reis, ab alio loco in aliud re-  
trahendis; Nov. LIII. Cap. 1. Nec penitus reticendum est  
*Senatus consultum Tiberianum*, de pœnis capitalibus in decimum  
semper diem differendis; id quod nec Pilatum in eo, quod de  
Christo statuit, supplicio migrasse, nec Theodosium M. in tri-  
ginta dies propagasse, solide non minus quam eleganter docuit  
I. L. E. PVTTMANN in libro probabilium juris civilis, Cap.  
XVIII. pag. 126 — 133.

#### §. LXXI.

Semper huc usque dierum saltē, numero decem, <sup>five,</sup>  
compendio quadam loquendi, quod tamen Canonico magis iuri,  
quam puriori Romanorum latinitati debemus, decendit, nulla  
vero adhuc noctium mentio facta, quas tamen numero itidem  
decem, aque ac dies, fatali huic vel sola ejus continuitas (§. XLII.  
fqq.) includit. Cum enim Romanum, vel, si mavis, Roma-  
no-Græcum, Constantinopoli namque ipsis Kalendis Iulii an-

ni

ni 536. (§. II.) IMPERATOR illud sanxit & TRIBONIANO suo rescripsit, origine sit hoc decendium & Romani, non ut Galli a) & Germani b), quondam DIES, non NOCTES, dierum, non vero noctium numerum computaverint, & generatim dies quatuor & viginti horarum spatium denotet, nemo quidem decem itidem, noctes in fatale istud descendii includi dubitatibit, at multi tamen non absque causa mirabuntur, quod prisci illius & omnibus quondam Germanis diu communis priscis vestigia, alias adhuc obvia, in hac appellationis interponenda materia adeo rara sint. Vnicum modo, mihi quidem sedulo scrutanti, obvium factum, in Titulo XLV. der Lucerner Stadt-Gericht-Satzungen, quod verbis Hans Jacob Leu, iurium Helveticorum commentatoris, quam meis redere malo. „Wie dann auch in Ansehung der Appellationen und deren Fortsetzung in den Lucern. Stadt-Gericht-Saz. tit. 45. §. 2. z. 3. in Ansehung der Zeit bestimmet ist, daß, wo jemand ein Urtheil geben würde, welche er beschwehret wäre, einer solche innert den nächsten acht Tagen und neun Nächten, von der Zeit an der gefällten Urtheil von einem einfachen Gericht für ein zweyfaches oder neu und alt c) Gericht ziehen, und so er auch der Urtheil an diesem Ort beschwehrt wäre, innert solcher Zeit für den täglichen Rath und so er der Urtheil wieder beschwehrt zu seyn vermeynte innert abermals der acht Tagen und neun Nächten eidlich für Röth und Hundert appelliren möge, welche Zeit auch §. 5. auf dortiger Landschaft bey den Rechtszügen und Appellationen vor dem Gericht für neu und alt Landvogt, von dannen für den täglichen Rath und weiters für Röth und Hundert angesetzt ist, jedoch daß nach §. 4. einem die Zeit zu Verführung des Rechterns wann die Appellation innert der obbestimmten Zeit ankündet ist, von einem Schultheiß oder Stadthalter bey vorfallender Ehehaften Ursach über die acht Täg und neun Nacht gar wol weiters erreckt und verlängeret werden möge.“

E 3

a) C.



28

- a) **C. IULIVS CAESAR** de B. G. L.VI. „ob eam causam spatia omnis, temporis, non numero dierum, sed noctium finiunt; & dies natales, & mensium, & annorum initia sic obseruant, ut noctem dies subsequatur.
- b) **TACITVS** de M. G. Cap. XI. Nec dierum numerum, ut nos, sed noctium computant. Sic constituant, sic conducunt. *Nox*  
ducere diem videtur. „
- c) **IO. GE. FAESIS** *Staats- und Erdbeschreibung der Helvetischen Eidgenossenschaft* P. II. 44.

### §. LXXII.

Est insignis hic locus notabile insimul exemplum, quod, sicut *supra a)* dictum fuit, posse hoc fatale descendii quovis positivo & particulari jure sine dubio ampliari & extendi: ita illud brevius quoque & angustius reddi queat. Adeo, ut, tum non nisi vel intra *otto* dies, ut in causis metallicis *b)*, & unam (§. LXXI.) noctem, vel intra *quinque* *c)* modo dies, vel intra *quatriiduum*, ut in causis licentorum Pomeraniae, *d)* vel proximo *e)* saltem post sententiam, vel, quod olim in Germania generatim obtinuisse puto, non nisi e vestigio, stante pede, (§. XXXI.) uno *f)* eodemque promulgationis sententia die & momento, vel sponte, vel ad interrogationem (§. LXVIII.) jucundis, appellare liceat.

- a) §. XIX. pag. 14.
- b) Quorsum varias Ordinationes metallicas adduxit **GR. ENGEL-BRECHT** in Disp. de judiciis metallicis, Helmstadii anno 1751. recusa, Cap. IV. §. 10. pag. 41.
- c) De Gothorum quinque diebus vid. **IULII PAULI** sententiarum receptatum Tit. XXXIII. ejusque interpretatio vel interpolatio **POTIUS ANIANI** apud **ANT. SCHVLTINGIUM** in jurisprudentia Antequamianæa pag. 530. sq. repetita in Can. 22. propter, causa 2. qu. 6.
- d) Verordnung die bey den Licentgerichten zu beobachten, de die 22. Novembri anni 1688. §. 3. **BALTHASAR** all. loco & **HEINR. H.** ab

ab ENGLER ECHT in observationum selectiorum forenium (maximam partem accessionum ad Mevii opus decisionum) specimine I.  
Wilmariae 4. 1748. edito, Obser. XXI. pag. 119.

- 1) Ordinatio judiciorum Austriae inferioris, tit. de appellationibus,  
§. Erstlich &c. ubi: den nechsten Tag nach dem Bescheid.
- 2) De uno quodam apud ipsos quondam Romanos die, fatali appella-  
tionis termino vid. PLINIUS L. VI. epist. 33. & FRID. ES. de  
PPENDORF in Obser. CCXV. §. 38. Tome I. pag. 192.

### §. LXXIII.

Vt hodiendum in nonnullis Helvetiae locis non nisi mox  
& in continentia appellare licet, nullo concefso decendio. In  
statutis Bielensis Tit. XIII. leg. 9. praeceptum. „Dass welcher  
von einer Urtheil appelliren will, der so die Urtheil öffentlich vor  
Rath und Gericht geöffnet, vor und ehe der Rath oder das Ge-  
richt ausgerufen wirdt, oder auf den Statt die Appellation für-  
zunehmen sich erläutern und ein Pfund auf dem Tisch zahlen mö-  
gen, im Fall Saumnuss aber von dieser Appellation kommen seyn  
solle. Und lege 10. soll nach fürgenommener Appellation der Ap-  
pellant in vierzehnen Tagen dieselbe fürtreiben oder aber auch von  
derselben kommen seyn, es wären dann genugsame Ursachen vor-  
handen, die ihm gehindert hätten, davon er sich endschuldigen  
möchte, so aber solche Zeit verloren und keine billige und genug-  
same Entschuldigung vorhanden, alsdann die gefällte Urtheil zu  
Krücken laufen.“ Sic quoque in declaracione confuetudinum  
Neoburgiearum appellaturo injungitur, ut hoc mox sogleich  
nach Ertheilung der Urtheil faciat & deinceps hanc suam appella-  
tionem intra decem primos dies der Obrigkeitlich geordneten  
Person sowol als auch der Gegenpartey significet. In libro judi-  
cialio Schaphusiano MS:to legitur, dass welcher vor dem Gericht  
für Bürgermeister und Rath appellirt, das gleichangehends nach  
eröffneter Urtheil am Schranken bescheiden, und die Appellation

bey



bey einem Bürgermeister innerthalb 14. Tagen (§. XXI.) anhangig machen (introduciren) womit es bey der ergangenen Urthel verbleiben solle. Statuta des Oberen oder Grauen Bundes Tit. von Appellaz. Sachen requirunt einen Appellaz - Brief in 14. Tagen nach der Urthel aufgerichtet. Bafileenses ceterum illud decendium in statutis suis anni 1719. P. 1. tit. 58. retinuerunt quidem at diem tamen latæ sententia ab eo exemerunt innert zehn Tagen (unter welche der Tag an deme die Urthel ergangen, nicht zu zehlen) die Appellation in der Cantzley angeben und einschreiben lassen auf diese Fatalia von zehn Tagen keineswegs prolongirt werden. Idem decendium & statuta rei publicæ Vallesia Cap. XXXIV. & ordinatio judicij Müllhusani artic. XVIII. adoptarunt & strinxerunt.

#### §. LXXIV.

Admodum singularia sunt & diversa fatalia appellationibus statuunt Edicta civilia GENEVENSIA Tit. V. art. 1. 2. quæ coronidis loco hoc adducere operæ omnino pretium erit. Welcher es bey einer von der ersten Instanz und Gerichts - Staab ergangenen Urthel nicht beruhen lassen, appelliren, und einen Gegenteil vor den Richter der ersten Appellation am Rechten fordern will, muß er nach Art. 7. appelliren und seinen Gegempart vorsordern vor Recht inner zwanzig Tagen jedoch daß innert solchen der Tag der Urthel nicht mit gerechnet werde. Der aber welcher es nicht bey einer von denen Obrigkeitlichen zu den Baufrittigkeiten verordnete in der ersten und andern Instanz oder von dem Statthalter (Lieutenant) und denen Richtern erster Appellation wegen den Gerechtigkeiten und Dinstbarkeit der Häusler und andern Gebäude ergangenen Urthel bewenden lassen will, muß davon nach Art. 9. appelliren innert drey Tagen von der Zeit gerechnet, da ihm die ergangene Urthel angekündet worden und mit Ausbeding des Tages der ergangenen Verordnung und

Dann er nicht appelliret noch die Appellation wissend gemacht inner dem Monath nach der ersten und andern Verordnung wird ihn seine Appellation nicht mehr gestattet, er davon ausgeschlossen und angehalten, ohne anders das in Stand zu richten was verordnet worden ohne daß es wegen Verschließung der Zeit wieder hergestellt werden mag. Wenn über das eine Partey vorgeben will, daß in dem kleinen Rath wider die Geszeze und Edikts seye gehandelt worden und von dieser Urtheil seine Zuflucht an den Rath oder Zweyhunderten nehmen will, es seye solches in einer ledigen Civil Ehe Strafe oder Schmähhandlung muß er sich nach Art. 10. darum innert 15. Tagen bey oder außer dem Stillstand der Rechten, der Tag der Urtheil jedoch nicht mit ihm angerechnet, anmelden, um zu solchen zugelassen zu werden und im Fall einer solche hiezu bestimmte 15. Tage hätte verschließen lassen, oder daß er inner solcher Zeit seinem Gegenthil daß er hiezu zugelassen worden seye nicht wissend gemacht hätte, so kan nach Art. 13. ein solcher nicht mehr zugelassen werden.



\* \* \*

*E P I L O G V S*

Quamvis hac vice de reliquis appellationum fatalibus, qui  
buscunque deinceps, sive communis, sive Wirtembergici ju-  
ris, quidquam differere animus haud sit, nec institutum, id  
tamen silentio hic præterire nefas omnino foret, quod haud ita  
pridem CLEMENTISSIMVS SERENISSIMVS noster,  
**C A R O L V S**, quem præsentem submisissime ve-  
neramus, die 24. Augusti hujus anni, pro ea, qua subditos suos  
ter quaterque felices reddit, providentia, &, quæ summa est,  
prudentia legislatoria, novum circa appellationem fatalē illam  
promovendi & prosequendi sanxerit, hisce verbis: *Daß wann*  
*ein Appellant um Sifirung der Ausfertigung der Aden bitten*  
*würde, demselben zu seiner Erklärung ein Fatale von 20. Tagen,*  
*wie zu Einlegung der Aden schon in lege a) disponirt und seß-*  
*gezet ist, neuerlich sub pauci desertionis angezet, und solches*  
*den Appellations-Adis ebenmäßig expresse inserirt werden solle,*  
*cujus initium, nec I.) a lata & promulgata sententia, nec II.)*  
*ab interposita intra decendit appellatione, nec III.) a fine &*  
*exitu decendii nostri, nec IV.) a petitione actorum, hac*  
*enim intra 30. demum dies a lata sententia b) peti possunt; sed po-*  
*tius V.) ab eo demum tempore & die, quo petitam actorum*  
*descriptionem & expeditionem fisti petit appellans, computan-*  
*dum esse ego quidem vel ideo putarem, quia VI.) appellans*  
*etiamnum haud prohibetur, licet constituto jam termino, aliquam*  
*adhus moram expediendorum actorum petere, modo VII.) non*

non amplius longiorem 20. diebus, & quia VIII.) novum hoc  
fatale ei diserte æquiparatur, quod introductioni appellationis  
(der Einlegung der Aden) in lege præsum, a die denuncia-  
tionis demum currens. Quo cum etiam IX.) intuitu ejus-  
dem numeri 20. dierum & X.) admonitionis de observando, sub  
pœna desertionis, novo hoc fatali, convenit. Nec metuen-  
dum XI.) appellantem sic nimis sero & vix adhuc ante quam  
ei expeditio actorum denuncietur, eorundem descriptionem, ad  
umbilicum fere perductam, sistere & sic causam nihilo minus  
protrahere posse. Nam, si etiam sumtus descriptionis actorum non  
horreret talis appellans, quorum maximam tamen nihilo minus  
partem ferre teneretur, licet deinceps appellationi vel expresse,  
vel tacite renunciaret; actuaria tamen judicij a quo XII.) bre-  
vis terminus expeditioni actorum ita semper nunc præfigendus  
erit, ut singulis decendiis 60. folia describat. Potest omnino  
decimo demum die appellari, possunt trigesimo demum die acta  
peti, potest actuaria tum demum, cum acta rite petita  
fuerunt, terminus illis describendis e) præfiniri, sive potest hic  
ei demum a tempore petitionis actorum pro numero foliorum  
currere; cui labenti paullo ante denunciationem adhuc 40. dies  
legitime accedere possunt, 20. nempe pro declaratione ista,  
utrum appellationem prosequi velit, nec ne, & 20. pro intro-  
ducendis actis. Ceterum nullius quoque prorogationis capax  
est novum hoc fatale, ceteroquin longe utilissimum. Vivat mo-  
do Author eius SERENISSIMVS CAROLVS  
PATER PATRIA.

- ¶) Iure Prov. Wurt. P. I. Tit. 62. §. 5. pag. 178. & Tit. 63. pr. pag.  
179. Ordin. Dicast. Wurt. P. II. Tit. 5. §. 13. pag. 57. & Tit. 6.  
§. 1. pag. 58.
- ¶) Ius Prov. Wurtemb. P. I. tit. 58. §. 3. pag. 171. Tit. 61. pag. 176.  
& Ord. Dic. W. P. II. tit. 5. §. 1. pag. 52.
- ¶) O. D. W. P. II. tit. V. §. 1. pag. 52.



VD18

ULB Halle  
007 455 496

3





B.I.G.

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9
8									
7									
6									
5									
4									
3									
2									
1									
0									

## Farbkarte #13

Bra. 17. num. 20.

DE  
CENDIO  
LATIONIS  
ECIATIM  
EMBERGICO

RÆSENTE  
HARDINO CAROLINÆ  
FICIENTISSIMO  
ATQVE POTENTISSIMO

V C E  
R O L O  
MBERGIÆ ET TECCIAE  
GNANTE  
RDINIS IVRECONSVLTORVM  
AESIDE  
NIEL HOFFMANN

ICTO  
TIS H. T. PRO-RECTORE  
RÆCEPTORE SVO COLENDISSIMO  
UTROQVE IVRE HONORIBVS  
CONSEQVENDIS  
VEMBRIS MDCLXX  
SPVTABIT  
GVSTVS GOLTHER

TYPIS FVESIANIS

